

Band II., Nr. 350, Seite 83-94

Kaiser Friedrich (I.) bestätigt dem Kloster Weingarten zahlreiche von seinen Vorfahren bewilligte Begünstigungen nebst genannten Besitzungen.

Überlingen, 1153. September 23.¹

A.B.C. (Chr.) In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus, dei favente clemencia Romanorum imperator semper augustus. Ex credito nobis a deo imperatorie maiestatis officio ecclesiarum omnium curam et piam sollicitudinem habere tenemur, earum quidem precipue, que a nobilissimis nostri generis auctoribus fundate et ad divini cultus exercitium perducte dinoscuntur, quatenus ex presentis operacionis instancia uná cum ipsis antecessoribus nostris eterne retribucionis premia consequamur. Cum itaque illustris princeps, nostre nobilitatis proavus, nobilissimus dux Gwelpho, monasterium Winegarten, sacris fundatum studiis, laudabile posteritatis memoriale ad honorem dei et beati Martini divinis serviciis instauraverit, dignum duximus pro temporum nostrorum felicitate omnia que dictum monasterium ab ipso fundacionis sue principio in presens usque tempus largicione memoratorum fundatorum iuste ac racionabiliter obtinuit, aut in futurum oblacione fidelium deo auctore acquirere poterit, cum universo iure et omni libertate cunctaque consuetudine, qua hactenus est gavisum, ei confirmare presentisque privilegii auctoritate communire. Unde per nostre sublimitatis edictum mansuro in perpetuum decreto sancimus, ut quicumque alterum per violentiam infra cellam iam dicti loci aut officinas presumpserit ob culpam aliquam impetere, proscriptus habeatur. Abbatis nimirum familia de omni servitute nobis et nostris successoribus exhibenda sit immunis et absoluta. Stabilimus insuper ei ut . . . abbas vel ipsius nuncius, ad exequendum illud quem provide-rit, iudicandi et corrigendi ad suum placitum excessus omnium hominum suo monasterio pertinencium habeat liberam auctoritatem, nisi forte ad perplexa

¹Die Datierung wurde im WUB zunächst mit 1155 Sept. 23 angegeben. Sie ging davon aus, dass das Königsjahr, vom 9. März 1152, und das Kaiserjahr, vom 18. Juni 1155 an gehend, das Jahr 1155 verlangen. Schon damals bemerkte man, dass die Urkunden nach ihrer Bewandnis ebensowohl unter 1153 gestellt werden könnten, doch ging man mit den Regesta Imperii (1. Aufl., S. 124) davon aus, dass am gleichen Tag, d.h. dem 18. Juni 1155, eine Urkunde von Friedrich I. in Überlingen ausgestellt worden sei. Da die Regesta Imperii die Urkunde in der 1980 erschienenen Neuauflage mit 1153 Sept. 23 datieren, wurde es hier ebenfalls übernommen. Schon im Findbuch im Hauptstaatsarchiv Stuttgart fand sich die Überlegung einer Datumsänderung mit dem (wohl fälschlichen) Vorschlag 24. Okt. 1153 oder 1155.

II

determinanda nostros iudices vocare deliberaverit, tunc ipsi due partes, tertia iudici de pena excessuum debetur. Volumus etiam et firmiter precipimus tenendum, ne in hominibus propriis aut censualibus prefati monasterii, sive ecclesie in Berga sibi alicuius condicionis potestatem aliquis usurpet, vel de nostre concessionis gracia iurisdictionem aliquam vendicet, quia ad culturam bonorum monasterii et morticina, que val sunt dicta, persolvenda equa censura . . . abbati et suis fratribus erunt mancipati. Quos nullatenus alicui tradere in beneficium profiteamur habere potestatem, sed in nostra protectione manebunt semper, sicut et bona omnia ipsius, quorum in presenciarum iusta gaudet possessione, absque alienacione nostro culmini adhibebunt. Quorum etiam quedam presenti pagine propriis nominibus duximus inserenda, ut universorum fidelium imperii, presencium videlicet et futurorum noticie certius transmittantur. Confirmamus igitur monasterio Winegartensi ecclesiam in Altorph cum hominibus et decimis et investitura, omnia bona tam a principibus quam ab aliis fidelibus ipsi tributa in Altorph. De Altorphensi silva excidant ad edificia, ad ignem quantum necesse habuerint fratres, et porcos in ea pascant. Novalia vero que in ipsa silva homines monasterii excoluerint, sicut per fundatores preordinatum cognovimus, cum decima et proprietate ei stabilimus per alterius siquidem condicionis homines excolta nisi in decima tantum ipsi respondebunt. Confirmamus ei ecclesiam in Berga cum decima et eius investitura omnemque familiam censualium eiusdem, quam ad opponendum locacioni colendorum bonorum monasterii nulla confortet audacia, cum in talium sublevationem deo et sanctis sint oblata. Cellam in Buchorn et ecclesiam parrochiam cum omni iure quod hactenus possedit, quam nulli sit licitum in advocia vel alio iure a Winegartensi ecclesia dissociare. Predium in Dornburre cum duabus partibus decime et ecclesiam cum sua investitura. Vrenchenbach cum suis appendiciis, predium in Hagenowe cum medietate ecclesie et mansum in Kunenbrehteshouen, Zumberch cum suis appendiciis, predium in Riet cum ecclesia et eius investitura, predium in Eriskirche cum decima et capella et piscium captura. Ailingen², Hegebach, Riethusen, Eigach, Hizechouen, Riuthe, Steinibach et Riuthi cum suis appendiciis. Ethishouen, Diepoldshouen³, Vlen⁴, Horwe, Purei⁵, Luterbrunne, Barnrieth et Lancrein cum suis appendiciis. Obersulgen, Dietenwiler et Ippenriet cum omnibus decimis que attinebant curie in Spiezberch, Gambach, Bergartriuthi, Ingenriuti, Kephingen, Bongarten⁶, predium in Hussechirche cum omnibus appendiciis et ecclesiam cum investitura et lacu. Predium

²Ober- und Unterailingen.

³Ober- und Unterdiepoltshofen.

⁴Ülen = Felz.

⁵Burach.

⁶Baumgarten, wohl ein Hof dieses Namens in Vöran.

III

in Fuligunstat cum ecclesia et eius investitura, Aschah⁷ cum appendiciis et ecclesie investitura, predium in Memmingen, Berga, Wison⁸, Vrsingen⁹, predium in Ramungen et Kirchdorph, Einote, Veltmos, Buringowe¹⁰, Breitenwanc. Predium in Lonun cum omnibus attinenciis, capellam sancti Georgii in eodem loco, capellam sancti Martini super Brunsberch, capellam in Oberlounon, capellam super Quadrat et capellam sancti Oswaldi super Buwigel¹¹, investituram ecclesie sancti Pangracii in Vltun, vineam ad Nallis. Opolteshouen, Hatebrehteshouen¹², Lochun, Eschimos¹³, Rudolfesriet¹⁴, Heinrichesriet¹⁵, predium in Bauendorph et Emelnhouen, Kippenhorn, ad Corben, Gundoldisriute, Nazach, Hubechunberch¹⁶, Walthusen¹⁸, Biugen¹⁹, Minegoltso-we²⁰, Gulinwiler²¹, Vridehartswiler²², Acelunwiler, Heiligunbüch²³, Schonenberch, Openriuti, Gromoltsbach²⁴, ad Stegen. Ecclesiam in Bruion cum decima in Sumern. Emelinwiler, Gebizinhuz, Stelinunriet²⁵, Buhse, predium in Sigebrehtesriuti, Ohsenbach, predium in Waneboltswiler²⁶, in Bûbenhouen²⁷, Horwe, Bugi²⁸, Kenolinberch. Vineam in Melances, vineam in Trisun, predium in Hargarten, Strubingenbach²⁹, Rudolfesriuti³⁰, Vronriute, Einzinriet³¹, Gerichhusen³², Balderichwiler, Vridehartswiler, Dietmundeswiler, Richoltes-

⁷Ober- und Untereschach, Ravensburg, RV, möglicherweise *ad Scachen*, Schachen, Baintd, RV.

 Berg, im früheren bayr. LG Mindelheim.

⁸*Wison*, eventuell Wiesen, Wangen im Allgäu, RV oder *Uilon* zu lesen, also Ülen = Felz.

⁹Irsingen.

¹⁰Burggen, WM, nicht Burgau, GZ.

¹¹Pawigl.

¹²Albertshofen.

¹³Meuschenmoos.

¹⁴Ober- und Unterrussenried.

¹⁵Wohl Heretsried.

¹⁶Hübschenberg, Grünkraut, RV, vielleicht Hübschenberg, Fronreute, RV.

¹⁸Ober- und Unterwaldhausen, Unterwaldhausen, RV.

¹⁹Niederbiegen.

²⁰Heute Wickenhaus.

²¹Gullen.

²²Unermittelt, vielleicht Furatweiler.

²³Unermittelt.

²⁴Krummensbach.

²⁵Stellenriet oder Hinterstellenried, heutzutage Hübschenberg, Tettngang, FN.

²⁶Unermittelt.

²⁷Unermittelt.

²⁸Niederbiegen.

²⁹Strauben, Ravensburg, RV, A.

³⁰Russenreute.

³¹Unermittelt.

³²Unermittelt.

bougarten³³, Hartemderiute³⁴, Biberse, in Azelunwiler, Balmbrehtesriet³⁵, Rihcboltshouen, Mechinburren³⁶, Wachershuse. Predium in Snezenhuse, Winterbach, Harde³⁷, Ruprehtespruc, Tagebrehteswiler, Stefhein³⁸, Stadelin, Hiziliniswiler³⁹, Lucum⁴⁰, Winthage. Investituram capelle sancti Michahelis in suburbio Rauensburch; novam capellam in eodem loco, filiam ecclesie in Altorph. Owe cum appendiciis et decima, medietatem Dornidorph cum ecclesia et eius iure, predium in Oiginishusen⁴¹, Mothardeshouen, Lutebach, Kunigunderiet, Harten⁴², Wezelinsriuti, Hubichonberg, Schuzen⁴³ cum ecclesia et eius investitura et ceteris appendiciis. Gozenriet, Zunderbach, Schatebuch, Grindelin⁴⁴, Kerrinberch, Glaron, Goringen. Predium in Schachen, in Kazhein, Aliwigesriute^a, Tenzilinwiler, Liebenriute, Ibach, Hunthalde⁴⁵, Nenthildewiler⁴⁶, molendinum in Matzin. Lunse, Bezelinsriute⁴⁷, predium in Enzinsriute, Liuberadeswiler, Tuphindal⁴⁸, Diezemannesberch⁴⁹, predium in Obernwiler et Meierswiler, Truzenwiler, Engelinwiler, Struzenhouen⁵⁰, predium in Karebach cum decima, predium in Sumer, Erolteshein, Mittelinhouen⁵¹, Haimenwiler⁵², Gegerhartesberg, Hugelon⁵³, Herisberch, Steinintal, Engelboltesberch, Steten⁵⁴, predium in Bonningen, Raminisbach⁵⁵, Adelburgehouen⁵⁶. Predium in Berge⁵⁷ et in Wiler cum omnibus suis appendiciis et

^aA b und A c schalten hier *Kesenwiler* (K-weiler, R.) ein.

³³Unermittelt, vielleicht Richlisreute.

³⁴Heute Kickach.

³⁵Vermutlich Wallmusried.

³⁶Meckenbeuren und Obermeckenbeuren.

³⁷Vielleicht Hartobel.

³⁸Stefanshof.

³⁹Hittisweiler oder Hetzisweiler.

⁴⁰Vielleicht Lugen(hof).

⁴¹Engishausen.

⁴²Vielleicht Hart, Memmingen, MN.

⁴³Bad Schussenried.

⁴⁴Dangrindeln.

⁴⁵Einhalden.

⁴⁶Nehmetsweiler.

⁴⁷Wetzisreute.

⁴⁸Ober- und Untertiefental.

⁴⁹Heute Vorder- und Hinterweißenried.

⁵⁰Unermittelt.

⁵¹Vielleicht Mittelhofen.

⁵²Heute Spiegler.

⁵³Vielleicht Hühlen.

⁵⁴Unbestimmbar, welches.

⁵⁵Heute Hartmann und Wurzenmaier.

⁵⁶Unermittelt.

⁵⁷Unterberg.

familia utriusque sexus et Willegereswinkel⁵⁸ cum lacu Biberse et lacu Vorhse. Kristanesberch⁵⁹ et Buzenberch. Predium in Hunzelstobel, Venichon⁶⁰, Muron, Mulibach, predium in Velde, Segelbach, ad Uelwon⁶¹, predium in Irrenberch cum suis appendiciis. Indulgemus ei ut bona que per emptiones, vel cambia, sive per elemosinarum largiciones a baronibus aut civibus fuerint sibi collata, quocumque titulo sint ad nos spectantes, firma de eis sit possessio et illibata. Confirmamus ad hec nominato monasterio in Winegarten iura usque in presens habita, videlicet ut homines proprios aut censuales, sive pertineant specialiter sibi seu ecclesie in Berga, . . . abbas cogat manere in possessionibus ecclesie, ne apud extraneos locati, bona eius sint inculta et fratribus minime profutura, quem nemo in hiis ordinandis impedire presumat, aut aliquatinus ipsi obsistat. Decernimus preterea stabilire, ut morticina de ipsis dictis hominibus, ubicumque defuncti fuerint, monasterio salva sint et custodita, nec in eis alicuius loci libertate iniuriam patiatur. Idem erit observandum in perceptione medietatis tocius substancie mobilium et immobilium, que monasterio sepe recitato debetur, quando moriens caret sue condicionis prole. Statuimus igitur imperiali auctoritate, ne aliqua omnino persona, humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, hoc nostre celsitudinis edictum infringens, presumat monasterium pluries dictum in bonis prenominate divestire, vel aliquomodo iura ei confirmata violare; sed eisdem nostra auctoritate omne in evum quieta gaudeat pace et possessione. Si quis autem ausu temerario nostre confirmacionis beneficio iniuriosus et contumax extiterit, parvipendens ipsam ecclesiam in bonis suis gravare, iram et indignacionem imperatorie maiestatis se noverit incurrisse, et in sue malicie penam centum libras auri componat, quinquaginta nostro fisco, reliquam sortem passis iniuriam. Huius rei testes sunt: Cunradus⁶², Maguntine sedis archiepiscopus. Otto, Babinbergensis^b episcopus. Godefridus, Wurzeburgensis episcopus. Adolfus, maior decanus in Colonia. Diethelmus abbas Augie. Leopoldus, dux Austrie. comes Gerhardus de Dolstein. comes Gerhardus de Vienna. Heinricus de Marchdorff. Cunradus de Schussenriet. Wernherus de Bonlanden et alii plures.

^bA b und A c lesen *Babenbergensis – Wirzeb. – Lupoldus – Marchdorf Chunradus*.

⁵⁸Wohl Wielatsried.

⁵⁹Christus.

⁶⁰Finken.

⁶¹Felben.

⁶²Erzbischof von Mainz ist 1142–1153 Heinrich, 1153–1160 Arnold, erst 1160–1164 Konrad; Bischof von Bamberg, 1146–1172 Eberhard II., Otto schon 1103–1139; von Wurzburg 1151–1159 Gebhard, erst von 1184–1190 Gottfried; Abt von Reichenau 1142–1159 Fridelo, 1159–1174 Ulrich, erst von 1184–1190 Diethelm. Österreich wird bekanntlich erst 1156 Sept. 17 Herzogtum, vom 18. Oktober 1142 bis dahin ist Markgraf, und von da bis 1177 Herzog: Heinrich II. –.

Ego Iohannes imperialis aule cancellarius vice Cunradi Maguntine sedis archiepiscopi et Germanie archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo tertio, regnante domino Friderico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius tercio, imperii vero ipsius primo. Datum Vberlingen IX. kalendas Octobris, feliciter. Amen.

 Signum domini Friderici, (*Monogramm*) Romanorum imperatoris invictissimi.
 (Chr.) In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus, dei favente clemencia Romanorum imperator semper augustus. Ex credito nobis a deo imperatorie maiestatis officio ecclesiarum omnium curam et piam sollicitudinem habere tenemur, earum quidem precipue, que a nobilissimis nostri generis auctoribus fundate et ad divini cultus exercitium perducte dinoscuntur, quatenus ex presentis operacionis instancia uná cum ipsis antecessoribus nostris eterne retribucionis premia consequamur. Cum itaque illustris princeps, nostre nobilitatis proavus, nobilissimus Gwelpho, monasterium Wingarten, sacris fundatum studiis, laudabile posteritatis memoriale ad honorem dei et sancti sanguinis Ihesu Christi et beatorum Martini et Oswaldi divinis serviciis instauraverit, dignum duximus pro temporum nostrorum felicitate omnia que dictum monasterium ab ipso fundacionis sue principio in presens usque tempus largicione memoratorum fundatorum iuste ac rationabiliter obtinuit, aut in futurum oblatione fidelium deo auctore acquirere poterit, cum universo iure et omni libertate cunctaque consuetudine, qua actenus est gavisum, ei confirmare presentisque privilegii auctoritate communire. Unde per nostre sublimitatis edictum mansuro in perpetuum decreto sanctimus ut quicumque alterum per violenciam infra cellam iam dicti loci aut officinas presumpserit ob culpam aliquam impetere, proscriptus habeatur. Abbatis nimirum familia de omni servitute nobis et nostris successoribus sit immunis et absoluta. Stabilimus insuper ei ut. Her(mannus).⁶³ abbas vel ipsius nuncius, ad exequendum illud quem providerit, iudicandi et corrigendi ad suum placitum excessus omnium hominum suo monasterio pertinencium habeat liberam auctoritatem, nisi forte ad perplexa determinanda nostros iudices vocare determinaverit tunc ipsi due partes, tertia iudici de pena excessuum debetur. Volumus etiam et firmiter precipimus tenendum, ne hominibus propriis aut censualibus prefati monasterii sive in Berga sibi alicuius condicionis potestatem aliquis usurpet, vel de nostre concessionis gracia iurisdictionem aliquam vendicet, quia ad culturam bonorum monasterii et morticina, que vâl sunt dicta, persolvenda equa censura . . . abbati et suis fratribus erunt mancipata. Quos nullatenus alicui duci aut marchioni, comiti et baroni sive plebeio mi-

⁶³Hermann, Abt von Weingarten (1266–1300). Der Name wird im Eingang der Bestätigungsurkunde genannt und scheint hier aus Gedankenlosigkeit vom Verfertiger dieses Stücks wiederholt.

liti aut alteri cuiuscumque sit conditionis tradere in beneficium profiteamur habere potestatem, sed in nostra protectione manebunt semper, sicut et bona omnia ipsius, quorum in presenciarum iusta gaudet possessione, absque alienacione nostro culmini adhibebunt. Quorum etiam quedam presenti pagine propriis nominibus duximus inserenda, ut universorum fidelium imperii, presenciarum videlicet et futurorum noticie certius transmittantur. Confirmamus igitur monasterio Winegartensi ecclesiam in Altorf cum hominibus et decimis et investitura, omnia bona tam a principibus quam ab aliis fidelibus ipsi tributa in Altorf. De Altorfensi silva ligna fratres ad edificia fabricanda, ad ignium copiam fructu et virgas ad sepeliendum eorum omnia rura, porcosque pascant in ipsa gratis et sine precii emolumento. Novalia vero que in ipsa silva homines monasterii excoluerint, sicut per fundatores preordinatum cognovimus, cum decima et proprietate ei stabilimus per alterius siquidem condicionis homines excolta nisi in decima tantum ipsi respondebunt. Confirmamus ei ecclesiam in Berga cum decima et eius investitura omnemque familiam censualem eiusdem, quam ad opponendum locacioni colendorum bonorum monasterii nulla confortet audacia, cum in talium sublevationem deo et sanctis sint oblata. Cellam in Bv̄chorn et ecclesiam parrochiam cum omni iure quod actenus possedit, quam nulli sit licitum in advocia vel alio iure a Winegartensi ecclesia dissociare. Predium in Dornbvr̄ron cum duabus partibus decime et ecclesiam cum sua investitura. Frenkinbach cum suis appendiciis, Predium in Hagenowe cum suis appendiciis, Zumberch cum suis appendiciis, predium in Rieth cum ecclesia et eius investitura, predium in Heriskirch cum decima et capella et piscium captura. Predium in Hvskirch cum omnibus appendiciis et ecclesiam cum investitura et lacubus. Predium in Vvlgengstat cum suis appendiciis et ecclesiam cum eius investitura, Aeschach cum suis appendiciis et ecclesie investitura, predium in Bergarthrt̄ti cum suis appendiciis et ecclesie investitura.
 Capellam sancti Michahelis in suburbio Rauenspurch et capellam sancti Viti in urbe Rauenspurch cum familia sua et suis appendiciis, novam capellam sancte Marie in eodem loco, filiam ecclesie in Altorf. Predium in Br̄on cum suis appendiciis et capella. Predium in L̄non cum omnibus attinentiis, capellam sancti Georgii in eodem loco, capellam sancti Martini super Brv̄nsperch, capellam in Oberlv̄nen, capellam super Quadrat et capellam sancti Oswaldi super Bv̄gigel, investituram ecclesie sancti Pancratii in Vltim cum filiabus sibi pertinentibus. Predium in Braitenwanch, predium in Mittimwalde⁶⁴, predium in V̄mste⁶⁵, predium in Nv̄dirs, predium in Chorz, predium in Las, predium in Schirnon⁶⁶ cum ca-

⁶⁴Heute Löhn.

⁶⁵Imst.

⁶⁶Tschirland.

VIII

PELLA et suis appendiciis, predium in Valrain⁶⁷, predium in Ville⁶⁸, predium super Purch⁶⁹, predium Mæretsch⁷⁰, predium super V̇illon, predium super Tisins, vineam in Nallins, predium Bõngarten, predium ad Schirmis. Predium Hizehoven cum suis appendiciis. Ṙv̇ the, Steinibach, Ṙv̇ the cum eorum appendiciis. Ethishoven, Dyetpoltshoven, V̇lne, Horwe, Ṗv̇rai, Barnrieth et Lanchrain cum suis appendiciis et cum decima. Obersvlgin, Dietenwiler et Ippenrieth cum omnibus decimis que attinebant curie in Spiezperch, Gamburgach, Ingenṙv̇ ti, K^Oepfingen, Bõngarten, Bivgen, Mingoltsove, Ezlinsṁv̇ li⁷¹, Slogga⁷², Nezzilrebon. Predium Ṁv̇tharshoven, predium Berga cum suis appendiciis, Ḋv̇ rinchaim, predium in Birtelwiler, predium in Etechinṙv̇ ti⁷³ cum suis appendiciis, predium in Ṁṅlis, Willehartswinkil cum lacu Biberse et lacu Vorstse et lacu Ḃv̇chse et lacu Grindelin. Indulgemus ei ut bona que per emptiones vel impignorationes vel cambia sive per elemosinarum largiciones a baronibus aut civibus fuerint sibi collata, quocumque titulo sint ad nos spectantes, firma de eis sit possessio et illibata. Confirmamus etiam eidem monasterio Wingartensi, iuxta indulta predecessorum nostrorum, ut nulli Romanorum regum vel imperatorum sit licitum alicui duci aut marchioni, comiti vel baroni, aut alteri cuiuscumque sit conditionis, pro beneficio advocatiam in possessionibus, hominibus eius propriis nec non et censualibus, tam attinentibus ecclesie de Berge quam aliis, conferre, aut obligare, aut vendere, vel aliqua ratione a protectione sacri imperii amovere. Confirmamus ad hec nominato monasterio in Winegarten iura usque in presens habita, videlicet ut homines proprios aut censuales, sive pertineant specialiter sibi seu ecclesie in Berga, . . . abbas cogat manere in possessionibus ecclesie, ne apud extraneos locati, bona eius sint inculta et fratribus minime profutura, quem nemo in his ordinandis impedire presumat, aut aliquatinus ipsi obsistat. Determinamus preterea stabilire, ut morticina de ipsis dictis hominibus, ubicumque defuncti fuerint, monasterio salva sint et custodita, nec in eis alicuius loci libertate iniuriam patiantur. Idem erit observandum in percepcione medietatis tocius substancie mobilium et immobilium, que monasterio sepe recitato debetur, quando moriens caret sue condicionis prole. Inhibemus insuper singulis et universis locis, in quibus exactio vectigalium et telonii exquiritur, de rebus monasterii, vel in eorum foro emptis aut per bannos eorum, nichil extorquen-

⁶⁷Wohl ein Hof in der Pfarrei Naturns, Trentino-Südtirol, Italien.

⁶⁸Völlan.

⁶⁹Entweder ein Hof bei Braunsberg, Lana, Trentino-Südtirol, Italien, oder Burg, Argembühl, RV, oder Burg, Bad Schussenried, BC, oder Burg, Kiflegg, RV.

⁷⁰Tscherms.

⁷¹Mühle bei Baienfurt, eventuell heute Stöcklis, Baidnt, RV.

⁷²Unermittelt, das Wort scheint verdorben.

⁷³Eggenreute.

dum. Statuimus igitur imperiali potestate ne aliqua omnino persona, humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, hoc nostre concessionis edictum infringens, presumat monasterium pluries dictum in bonis prenomatis divestire, vel aliquomodi iura ei confirmata violare; sed eisdem nostra auctoritate omne in evum quieta gaudeat pace et possessione. Si quis autem ausu temerario nostre confirmacionis beneficio iniuriosus et contumax extiterit, parvipendens ipsam ecclesiam in bonis suis gravare, iram et indignacionem imperatorie maiestatis incurrisse se noverit, et in sue malicie penam centum libras auri componat, quinquaginta nostro fisco, reliquam sortem passis iniuriam. Huius rei testes sunt: Maguntine sedis archiepiscopus. Otto, Babenbergensis episcopus. Godefridus, Wirzeburgensis episcopus. Adolfus, maior decanus in Colonia. Diethelmus abbas Augie. Leupoldus, dux Austrie. comes Gerhardus de Doltein. comes Gerhardus de Vienna. Hainricus de Marchdorf. Chvnradius de Schvssenriet. Wernherus de Bonlanden et alii plures. Ego Iohannes imperialis aule cancellarius vice Chvnradi Maguntine sedis archiepiscopi et Germanie archicancellarii recognovi. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo tertio, regnante domino Friderico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius tercio, imperii vero ipsius primo. Datum Vberlingen IX. kalendas Octobris, feliciter. Amen.

 Signum domini Friderici, (*Monogramm*) Romanorum imperatoris invictissimi.
 (Chr.) In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus, dei favente clemencia Romanorum imperator semper augustus. Ex credito nobis a deo imperatorie maiestatis officio ecclesiarum omnium curam et piam sollicitudinem habere tenemur, earum quippe precipue, que a nobilissimis nostri generis auctoribus fundate et ad divini cultus exercitium perducte dinoscuntur, quatenus ex presentis operacionis instancia uná cum ipsis antecessoribus nostris eterne retribucionis premia consequamur. Cum itaque illustris princeps, nostre nobilitatis proavus, dux nobilissimus Gwelfo Wingarten, sacris fundatum studiis, laudabile posteritatis memoriale ad honorem dei et sancti sanguinis Ihesu Christi et beatorum Martini et Oswaldi divinis omnia que dictum monasterium ab ipso fundacionis sue principio in presens usque ad tempus largicione memoratorum fundatorum iuste ac racionabiliter obtinuit, aut in futurum oblacione fidelium deo auctore acquirere poterit, cum universo iure et omni libertate cunctaque consuetudine, que hactenus est gavisum, ei confirmare presentisque privilegii auctoritate communire. Unde per nostre sublimitatis edictum mansuro in perpetuum decreto sanctimus ut quicumque alterum per violenciam infra cellam iam dicti loci aut officinas presumpserit ob culpam aliquam impetere, proscriptus habeatur. Abbatis nimirum familia de omni servitute nobis et nostris successoribus sit immunis et absoluta. Stabilimus etiam ei ut abbas vel ipsius nuncius, ad suum monasterium pertinencium habeat liberam auctoritatem, nisi ad perplexa, si forte habuerit, determinanda

nostros iudices vocare determinaverit tunc ipsi due partes, tertia iudici de pena excessus debetur. Volumus insuper et firmiter precipimus tenendum, ne in hominibus propriis aut censualibus prefati monasterii sive ecclesie in Berga sibi alicuius condicionis potestatem aliquis usurpet, vel de nostre concessionis gracia iurisdictionem aliquem vendicet, quia ad culturam bonorum monasterii et morticina, que vâl sunt dicta, persolvenda equa censura . . . abbati et suis fratribus erunt mancipati. Quos nullatenus alicui duci aut marchioni, comiti vel baroni sive plebeio militi aut alteri cuiuscumque sit conditionis tradere in beneficium profiteamur habere potestatem, sed in nostra protectione manebunt semper, sicut et bona omnia ipsius, quorum in presenciarum iusta gaudet possessione, absque alienacione nostro culmini adherebunt. Quorum etiam quedam presenti pagine propriis nominibus duximus inserenda, ut universorum fidelium imperii, presencium videlicet et futurorum noticie certius transmittantur. Confirmamus igitur monasterio Winegartensi ecclesiam in Altdorf cum hominibus et decimis et eius investitura, omnia bona tam a principibus quam ab aliis fidelibus ipsi tributa in Altdorf. De Altdorfensi silva excidant ligna fratres ad edificia fabricanda, ad ignium copiam fructecta et virgas ad sepiendum eorum omnia rura, porcosque pascant in ipsa gratis et sine precii emolimento. Novalia vero que in ipsa silva homines monasterii excoluerint, sicut per fundatores preordinatum cognovimus, cum decima et proprietate ei stabilimus per alterius siquidem condicionis homines exculata nisi in decima tantum ipsi respondebunt. Confirmamus ei ecclesiam in Berga cum decima et eius investitura omnemque familiam censualem eiusdem, quam ad opponendum locacioni colendorum bonorum monasterii nulla confortet audacia, cum in talium sublevacionem deo et sanctis sint oblata. Cellam in Bv̄chorn et ecclesiam parrochiam cum omni iure quod hactenus possedit, quam nulli sit licitum in advocia vel alio iure a Winegartensi ecclesia dissociare. Predium in Dornburon cum duabus partibus decime et ecclesiam cum sua investitura. Erkenbach cum suis appendiciis, Predium Hagenow^e cum suis appendiciis, Zumberch cum suis appendiciis, predium in Rieth cum ecclesia et eius investitura, predium in Herschirichen cum decima et capella et piscium captura. Predium in Huskirichen cum omnibus appendiciis et ecclesia cum investitura et lacubus. Predium in Vvlgenstat cum suis appendiciis et ecclesiam cum eius investitura, Eschach cum suis appendiciis et ecclesie investitura, predium in Berngartrûthe cum suis appendiciis et ecclesie investitura. Capellam sancti Michahelis in suburbio Rauenspurg, et capellam sancti Viti in urbe Rauenspurg cum familia sua et appendiciis suis. novam capellam sancte Marie in eodem loco, filiam ecclesie in Altdorf⁷⁴. Predium

⁷⁴Die Urkunde C b schaltet hier ein: *Curiam dictam dez Trittels Hof cum curia dicta dez Solbachs Hof et molendino dicto Schellingsmulin, sitis in villa Altorf*. Zugleich eine

